Turrecremata, Johannes de: Expositio super toto psalterio
[Basel: Johann Amerbach, not after 1482], 1482 Seite 112



cognoſcamus dico (eũ omniũ gen/
tium eſſe ſaluatorẽ. Et cũ cogno/
uerit te ꝑ fidem. Cõfiteantur tᷓ)
peccata ſua accuſando ſe de eis et
ipſis peccatiſ deletis (cõfiteant᷑ tibi)
cõfeſſione laudis (populi) nõ pau/
ci·ſed (omnes). Quia ꝟo ꝙ iam
ꝯfeſſi ſũt peccata ſua: formidare ne/
queũt futura iudicia tanꝗ̃ ibi dã/
nandi ꝺ talib⁹ ⁄ propheta loquens
ait: Letentur et exultẽt gentes)
que faciem dei in confeſſione ꝑue/
nire meruerũt: et conuertẽs ſermo/
nem ad deum ait (quoniã iudicas)
in futuro iudicio (in equitate) red/
dens ſingulis ſᷣm ſua merita humi/
lium corda ſanando· et ſuperboruꝫ
colla concidẽdo (et gentes in terra
dirigis) faciẽs eas in hᷓ mundo cõ/
fiteri vt diabolico nequeãt errore
ſubuerti. Confiteantur tibi po/
puli deus) cõfeſſione laudis (cõfite/
antur tibi populi omnes qm̃ terra)
noſtri cordis que prius in infideli/
tate cõſiſtens·ſpinas et tribulos vi/
tiorum ꝓferebat: expurgatis ſordi/
bus idolatrie (dat fructũ bonorum
operum) et plurimos fructus virtu/
tum. Et ideo. Benedicat de⁹)
pater ſcilicet ĩ hac vita multiplicã/
do in nobis ꝟtutes (et bñdicat noſ
deus filius: bñdicat nos deus ſpũs
ſanctus: et metuãt eum) qui ẽ vnuſ
in trib⁹ ꝑſonis timore filiali (om̃es
homines de omnib⁹ finib⁹ terre) vt
ſuſceptam fidem accurata ſollicitu/
dine cuſtodirent.

Pſalmus· LXVII· In
quo de exultatione chriſti
et ruina aduerſariorum.

Propheta confidenter
optans reſurrectionẽ chri/
ſti in qua diſſiparentur ad/
uerſarij eius ait:

Xurgat
deus) ideſt chriſt⁹
a morte (et diſſi/
pentur inimici ei⁹)
iudei· quod impletum eſt in diſper/
ſione Titi et Veſpaſiani (tollãtur
metu animi) a pñtia dei qui vbiꝗꝫ
eſt preſens: qui reprobi ĩ iudicio ꝑ̃/
ſentiam chriſti iudicantis euadere
cupiẽt: licet minime poſſint (ꝗ ode/
runt eum) ideſt qui in ſua pertina/
cia ꝑſtiterũt· Sicut deficit fum⁹)
ſic in ſuperbia et elatione ſua defi/
ciant (ſicut fluit cera a facie ignis·
ſic pereant peccatores cum ante dei
faciem) in iudicio deducentur. Et
iuſti reficiant᷑) delitijs diuinitatis
(et exultent poſiti in conſpectu dei)
in clara viſione eius (et delectentur
in leticia ſua) quã nouerũt nullo fi/
ne claudendam. Propheta con/
uertit ſermonẽ ad fideles quib⁹ tã/
tam ſpem dedit· hortãs eos ad lau/
des deo decantãdas dicẽs: Can/
tate deo puro) atꝗꝫ fideli ſꝑ ani/
mo (laudate eum) oꝑa veſtra ĩ glo/
riam nomĩs eius referẽdo (iter faci/
te ei) corda veſtra purificata ꝑ̃pa/
rando que dignet᷑ ipſe ſanct⁹ dñs ĩ/
troire (ꝗ aſcendit ſuꝑ occaſum) ·i·
mortẽ a mortuis reſurgẽdo (cui no/
men eſt dñs) abſolute·ꝗ ꝑ̃eſt omni
creature. Exultate) in interiori
homine in cõſideratione ꝑmij futu/
ri: que erũnas pñtis vite mitigat:
ideo etiam exultate·quia (qui vos



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-273/0111
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG